



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

13. De usu sequentium meditationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

ritorum, per religiosos affectus identidem expressos, sibi procul dubio conquirit.

CAPUT XIII.

De usu sequentium meditationum.

VARIUS usus potest esse sequentium meditationum. I. Ut serviant lectioni spirituali, in qua Deus velut loquitur legenti ea, quæ scripta sunt intus, mentem de iis illuminans, affectumque movens; quare debent attentè legi, neque cursim, sed cum Meditatione quadam, & petita gratia cum fructu legendi: *Loquere Domine, quia audit servus tuus.*

II. *usus med. seq. I.*

II. Ut præbeant materiam meditationis, juvat enim ad colligendam mentem, quando super punctis meditationis aliquid prælectum est, & possunt inde colligi certa puncta meditanda, quot sufficiant: affectus autem, petitiones, & colloquia non sunt conceptis verbis ex libro sumenda, sed suggerente spiritu formanda.

II.

III. Ut Patres spirituales inde suos instituât, & informet in ratione meditandi, suppeditatis punctis meditandi, pro capacitate & necessitate cujusque; quin & ad exhortandum & extimulandum ad perfectionem pro ratione status, conferre possint. Ob quos fines in meditationibus afferuntur multa ex sacris litteris & Patribus, & habent, in quo exercere se possunt, incipientes, proficientes, atque ipsi perfecti.

III.

